



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

21 Idem quod num: 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

de proc. sac. serin. lib. 12, Non enim parum animæ suæ salutis consulit, qui statuta, & regulas unius Archiconfraternitatis servat.

19 Præterea † regulare est, quod in pluribus ecclesijs neminem conscribi oportet cap. 1, 2, & 3, 21, q. 1, concil. Trid. in cap. 17, de reform. sess. 24. & facit text. in l. is quidem C. qui nil poss. vel non poss. lib. 12.

Ad hæc, ut dictæ constitutionis ordinem sequamur, quia † Episcopis animarum totus diocesis est cura commissæ 20 conc. Trid. cap. 1, de reform. sess. 23, & in spiritualibus tota diocesis de jure communi est territorium Episcopi cap. fin. in fin. & ibi gloss. in ver. diocesim, de constit. cap. cum Episcopus de off. ord. in 6, Abb. in cap. ab Ecclesiarum num. 10, in fin. de off. ordin. Archid. in cap. perfectu num. 22, 25, dist. in cap. sicut num. 1. & 2, 7, q. 1, & l. nulli §. quod si in vico, ubi etiam Bal. num. 13, C. de Episc. & cler. ideo

21 † juris ratio postulat, quod aggregationes, & erectiones confraternitatum fiant, & erigantur de conse. su. Ordinariorum, cum ad eos pertineant ecclesiæ, in quorum diocesi positæ sunt cap. omnes basilica, & ibi Archid. 16, q. 7, cap. si quis etiam de consecr. dist. 1, cap. conquerente §. nos autem, & ibi gloss. in ver. jurisdictionem, & Abb. num. 2, de off. ord. laicis

22 verò, † quamvis religiosi nulla est facultas de ecclesijs, aut rebus ecclesiasticis in temporalibus, seu spiritualibus disponendi cap. non placuit cap. laicis cap. praementis, &c. frigentius 16, q. 7, cap. Ecclesia S. Mariae de constit. cap. decernimus de jud. & ibi Doctores omnes, hæcque optima ratione Clemens VIII, statuit, ut

non, nisi de consensu Ordinariorum, confraternitatis erigerentur, instituerentur, & aggregarentur, nec quidquid in sua cujusque diocesi fieret, in ecclesijs præsertim, quoad divinum cultum pertineret, ipsi Ordinarij esset incognitum, cum oves suas illi agnoscere debeant, & coram Deo de toto grege illis commisso rationem reddere teneantur, Paul. ad Herb. cap. 13, cap. 1, 13, quest. 1. in Concil. Trid. in cap. 1, de reform. sess. 6.

Nam, † qui ad Episcopatum vocatur ad labores, & ad difficultatum fastidium assumitur, est enim ecclesiarum regimen onus Angelicis humeris formidandum, concil. Trident. in cap. 1, §. integritas, de reformat. sess. In Angelis, in lib. de celesti Hierarch. cap. 102, quem sequitur S. Ambros. in lib. de ju. qui init. myste. Ideo Episcopus speculatoris nomen inditum, ut vigilet, ut pascat, & exploret, & quod vulgo dicitur, superintendat gregi Christi, de quo apud Ezechiel. 3, filii hominis speculatorem dedi te domui Israël, cui tanta circumspectio est necessaria, eaque sollicitudo, ut nullam sibi unquam securitatem possit polliceri, nec à vigilantia delistere.

† Nam aqua ab igne subducta statim refrigeratur, & terra, nisi assidue excolatur, spinas germinat, & herbas gignit, vel noxias, vel inutiles, juxta illud.

Neglectus ureda felix innascitur agru. In malum † prona est hominis natura, ut apud Apostolum. Non enim, quod volo bonum, hoc facio, sed, quod nolo malum, hoc ago, ad Rom. cap. 7. unde versus.

Cum meliora probem, deteriora sequor.

Ideò